Universitätsbibliothek Paderborn

Specvlvm Magnvm Episcoporvm, Canonicorvm, Sacerdotvm Et aliorum Clericorum omnium tam Secularium quam Religiosorum

Tympe, Matthäus

[Köln], 1614

34. Propter obstinationem auditorum non facilè à labore desistere. V. Signum 27.

urn:nbn:de:hbz:466:1-51447

Visual Library

SIGNVM. XXXIV.

Non facile ceſſare à prædicatione propter obſtinationem auditorum: vel quamuis fructus exiguus ſequatur.

S. Auguſt. ait de Chriſto. *Quid Ieſus Iudæos, Phariſæos, Saducæos non ſolum minime credituros, verũ* Lib 1. contra Creſc. c. 8.
[tant]um maxime contradicturos & perſecuturos eum, tam [m]ulta locutus eſt? Et: *Sicut malignus ſuaſor peccati, et[ia]mſi non perſuaſerit, merito pœnam deceptionis incur[rit], ita fidelis iuſtitiæ prædicator, etiamſi ab hominibus [de]ſpuatur, abſit vt apud Deum ſui officij mercede frau[de]tur.* Et Dominus dicit in Euangelio: *Cum ingreſ[ſi] fueritis, dicite, pax huic domui: ſi digni fuerint qui ibi [su]nt requieſcet ſuper eos pax veſtra. Si minus, ad vos re[ue]rtetur.* Numquid eos certos fecit quod eſſent [illegible]orum pacem ſuſcepturi quibus eam prædica[re]nt? certos tamen fecit vt eam ſine cunctatione [p]rædicarent. Matt. 10. v. 12.

S. Chryſoſt. ait: *aquarum venæ, etiamſi nullus ve[ni]at adaquatum, manant tamen, & fontes, quamuis ne[mo] hauriat ſcatebras emittunt.* Et allato exemplo In c. 16. Lucæ concio. 1. de Lazaro.
Hieremiæ, qui ſe ab hoc munere ſubtrahere co[g]itabat, multis concionatorem, ne animum in [illegible]o labore deſpondeat, confirmat, quorum ſum[m]a hæc eſt: Non ſumus polliciti te vno die om- 1.
[n]es capturum, ſi vnus perſuaſus ſit, ſufficit. Imo 2.
[et]ſi nemo ſit perſuaſus, tamen fieri non poteſt, vt [illegible]ermo in tam multis diſſeminatus vacet omni fructu,

fructu, quia illi ipſi qui ad peccatum rede
haud tanta cum impudentia audaciaque fa
3. ciunt. Etſi non profuit ſermo malis, tamen
nos in bonis propoſitis ac conſiliis confirm
4. Adhæc hodie non perſuaſis cras perſuadere
tero, quod ſi minus cras, perendie aut qu
abhinc die, vt piſcator qui per totam diem
cuum attraxit rete, ſub noctem iam abitu pa
capto qui ipſum per totum fefellerat diem p
5. diſcedit. Denique etſi homines in ſuis ar
crebro fruſtrentur optatis, nec res ex voto
cedant, tamen ad eaſdem redeunt: & conci
tor, qui etſi iactum ſemen auditor non rec
tamen mercedem ſuam accipiet, non animo
ſtanti in miniſterio ad quod vocatus eſt pe
raret.

V. Chry ho. 2. in tom. de mercede Conc. etiãſi fructus nõ fiat.

S. Bern. ait, 4. de conſid. *Fac tu quod tuu*
nam Deus quod ſuum eſt curabit, planta, riga, &
expleuiſti partes, ſane incrementum vbi voluerit
Deus, vbi forte noluerit tibi deperit nihil. Medici
dicamenta adhibere, non eſt in manu medici ſemp
leuetur vt æger: En plaga tibi incumbit, cum eam c
exigens non curationem.

Ad Tim. ne forte det illis Deus pœnit.

Etiamſi Chriſtus ſciret Iudam certiſſime d
nandum, tamen nunquam ceſſauit ei quo
erat muneris præſtare. Dæmon non ceſſat te
re viros ſanctos, etſi non valde confidat ſe q
quam effecturum, vt patet ex hiſtoria Iob, &
rentes ægrotantibus filiis, etſi medicorum
tentia ſint deſperati, tamen omnia quæ poſſ
ad ſupremum vſque halitum admouent.

Iacobi Laynij primi poſt Ignatium gene

præpoſiti Soc. Ieſu conſilium erat, *verſandum eſſe animo, Deum quarundam rerum velle ſtudia & conatus à nobis, quarum omnino vel nolit effectum, vel ab aliis velit*, idque ex his Dei verbis ad Dauid docebat: *Quod cogitaſti in corde tuo ædificare domum nomini meo benefeciſti hoc ipſum mente tractans: veruntamen tu non ædificabis mihi domum ſed filius tuus.* Ignatij vero Loyolæ conſilium erat in hac proximorum ſalute imitandam eſſe ex vna parte Angelorum ſedulitatem & induſtriam ex altera eorundem tranquillitatem ſi euentus non ſuccedat ex ſententia. S. Chryſoſt. 1. de Laz. generoſo Spiritu ait: *Ego meo ipſius animo perſuaſi quoad ſpirauero & donec Domino viſum fuerit nos in præſenti vita verſari, adimplere miniſterium, ſiue quis attendat, ſiue non attendat, &c.*

SIGNVM. XXXV.

Paratum eſſe animam pro auditoribus, ſi opus ſit, ponere.

S. Ioan. de Chriſto ait (Ep. 1. ca. 3. v. 16.) *animam ſuam pro nobis poſuit & nos debemus pro fratribus animas ponere.* Hinc S. Chryſoſt. ho. 6. de laudibus S. Pauli: Neque ſaltem attingere quiſquam debet præclari huius muneris (prædic.) functionem, niſi paratus ſit millies animam ſuam tradere in mortem atque diſcrimina: dicit enim Dominus Ieſus: ſi quis vult venire poſt me, abneget ſemetipſum & tollat crucem ſuam & ſequatur me.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN